



VNC tractum primum Pœones seu Pannones tenuere, inde Hunni habuerent gentes Scythica. Mox Gothi ex insulis Germanici Oceani profecti, post Gothos Longobardi ex Scandinauia, etiam Germanici Oceani insulae; nouissime rursum Hunni, qui & Iuhri & Hungari postmodum dicti sunt, ex alia Hungaria Scythica egressi, non longè à Tanais flu. ortu. Anares idem non nullis dicuntur, qui eam regionem obtinuerunt, hos Carolus Magnus octennali bello edomuit, prorsusque excidit, vna tantum horum natione, cui Vgorum & Hungarorum nomen est (nam multos secum è Scythia eduxerant populos Hunni) illis extinctis summa ac vallo quodam inclusa, sunt Hungari ferox hominum genus, & bello validum, equestri prælio magis quam pedestri idoneum. Nulla gens Christiani nominis Turcarum arma magis exercuit: nulla ab his magis exercita est, adeo paribus animis, varioque euenteru est semper vtrinque bellarum. Volaterranus ait, incultos ac procul à delicis, hyeme ut reliquos Aquilonares in pyriterijs pellitos agere, potui ciboque plus iusto vacantes. Idque imprimis mirandum, cum merum aromataque præter ceteros mortales frequentent, iuentutem tamen esse castam & absque scortis agere: hominum interficere leui de causa promptum habent, idque impune licet. Latius etiam huius gentis imperium patuit, quam terra nomen olim: unde plures ei prouinciae annumerari capere. Cum enim ab Leyta flu. ad Savaum usque quicquid est interiecti agri complexa sit, nunc inter Septentrionem & Ortum etiam ultra Danubium pedem intulit, magnamque sibi Iazygum; Metanastarum, quos vulgo Transyluanos ac Septem castrenses nuncupant, partem vendicat, ac in Ortu Scythiam versus non parum protenditur: ac Mystan, Daciam, Flacciam seu V Valachiam & complures alias prouincias ad se arripuit, partimque ipsi suu nomen communicauit. Buda caput est regni huius & Basilica. iuxta hanc & Strigonium quæ Arnscoru sedes fuere. Multæ præterea in hoc Regno vrbes sunt nobilissimæ: Alba regalis ad Sarroitzam flu. Regum coronatione & sepultura celebris, vulgo Stulweissenburg. Stridon quoque in ea sita est, diu Hieronymi patria: hinc Quinque ecclesiæ (Fünffirchen Germanice) Sopronium, Laurinu & plerique; aliæ. Sclauonia trans Drau flu. Hungaria finitima est, & eius tanquam portio quedam. Ulterior Hungaria terram complectitur quam Gepide & Daci tenuerunt, à Sylezia, Moravia & Polonia montibus Carpathijs separatur. à Rutenia, Transyluania & V Valachia transalpina separatur Maromarusijs montibus & syluis. in ea sita sunt vrbes Posamiensis, Tornensis, Tirnauiensis (Tirnauia autem patria est doctiss. viri Ioan Sambuci) Colociensis, Zegedinenensis, Varadinensis, ac plerique aliæ. Incolæ ferre oës Scythica vtūtur lingua. Erat hæc terra, vt prisci reru scriptores habent, nouem circulis circumdata, quorum singuli ita stipitibus quernis, siue fagineis, vel abiegnis extructi erant, vt de margine ad marginem viginti pedum spacium tenderetur in latum, totidem erigeretur in altum, ciuitas autem vnuersa aut purissimis lapidibus, aut tenacissima creta repleretur. porrò superficies vallorum eorundem integerrimis cespitibus tegetur. inter quorum cōfinia arbustuæ plantatae erant, quæ abscessuæ projectæ; vt plurimum herbas ac frondes proferabant. De primo autem circulo ad secundum viginti miliaria Teutonica protendebantur, & inde totidem ad tertium, & ita usque ad nonum, quamvis alias alio semper contractior erat, intra hos aggeres vici villæq; ita cōstituta, vt ab una ad aliam vox hominis audiretur. ædificia validissimis muris præmunitæ; portæ non satis latæ, propter hanc causam, vt per eas latrocinandi gratia quaqua versum exire ingrediç; facile possent. tubarum clangore unus circulus alteri cuiusque rei certa signa dabat. hos postmodum Carolus Magnus octennali bello domuit ac vastauit. Refert Volat. villis ac vicis regionem abundare stramineis, quas sœpe reficiant ad subitam inimicorum incursionem, vel alia leui de cauda flagrantes. Hominum robore, pecudum & armentorum foecunditate, soli vberitate, metallorum copia, nulli orbis parti postponenda regio, omnibusq; cœli benignitate & clementia, ac locia moenitate, situsq; pulchritudine, suo iure anteferenda. Ager rerum omnium copia ac fertilitate felix. Gemmas, aurum, argentum, colores, sal, fodien-

tibus



tibus abundè largitur. Pabuli, frumenti, leguminum ac fructuum nusquam abundantia
maior. Vinum gignit generosissimum tractus Danubianus à Quinque Ecclesiensi agro Tau-
runum seu Belgradum usque. Flumina nonnulla optima auri ramenta ferunt. Amnes penè
omnes piscofissimi sunt. Olea autē rara aut nulla est. Fluuij in hoc tractu nobiliores sunt.
Danubius, Sauus, Draus, Sava, Corcora, Arabo, Tyberius, Marus siue Narissus, Cusus,
Alutius, Bacuntius, Valdamus, prēter hos & alij sunt fluuij ignobiliores. Lacus & Insulae
thermæ item ac minera complures in hoc sunt regno. Montes ac sylvae precipuae sunt,
Carpathus qui propagatur per comitatus Turoensem, Arnensem, Liptouensem, Gappusen-
sem, Gevvinerensem ac Sariensem. Matran mons vinetis prope Agriam consitus; Erdel amplissi-
mus in conuallis Tranfylanienibus latè excurrit: Bakon in comitatu Vesperinensis; Verthes
Hungarice Baton quem à clypeis den Schildberg dicunt Germani; quod Henricum III. Impera-
torem isthi castra metatum referunt contra Belam Hungariae Regem, fameque pressum relicti-
scutis castra deseruisse: hunc vitiferi sequuntur montes ad Ecclesiias. Inferior hæc Pannonia à Septen-
tione terminatur Sarmatis seu Polonis. Mochisque, ab Occasu Austriae Bohemiamque fini-
timas habet, ad Meridiem Saô flu. finitur & Illyrici parteque Adriatico pelago
obuersa est, ad Orientem Solem, Seruiam quam Triballi, Moesi, Bulgari
& Rasciani tenuerunt, nunc à quibusdam Sagariam vocatam:
eadem etiam parte VValachiam habet.

